

Caius confessarius 1<sup>o</sup>. frequentissime omittit *Misereatur... Indulgentiam... Passio Domini...* dicens solam formulam *Dominus noster...*; 2<sup>o</sup>. aliquando dicit *Misereatur... Indulgentiam...* dum penitens ultimam partem *Confiteor* recitat; 3<sup>o</sup>. aliquando dicit immediate ante formulam *Dominus noster* et signum crucis facit super penitentem dicendo *Indulgentiam...*

Quæritur quid de iis sentiendum?

#### MENSE MAIO.

Nicolaus cujusdam prædicitis ac potentis viri auriga, a quo largum stipendium recipit, quo potest numerosam familiam sustentare, sæpè dominum suum ad amasiam et hanc ad eum eurrn adducit; munuseula et quandoque etiam literas ex jussu domini ad eam defert quas amatorias esse vehementer suspicatur, imo et quandoque pro certo habet: hæc omnia non prava intentione pragit, sed ex necessitate, eum pro certo habeat se alium difficillimè posse invenire dominum; ideoque in extremam vel saltem gravem egestatem facile redactum iri. Accidit vero ut quâdam nocte, dum ruri unâ eum domino commoratur, ab ipso jubeatur ut scalam ædibus ejusdam villici apponat, seque et alium servum adjuvet ut ambo possint fenestram ascendere. Novit ipse herum suum velle honestæ puellæ vim inferre, hinc apertissimis verbis obtemperare rennit; at eum dominus ira exardescens, districto gladio, certam mortem sit ei jam illaturus, ad hanc vitandam præceptum perficit opus.

1<sup>o</sup>. Quænam sit cooperatio formalis, quæ materialis?

2<sup>o</sup>. An et quando liceat materialiter peccato proximi cooperari?

3<sup>o</sup>. Quid Nicolao præscribendum et quid consulendum?

Caius presbyter cujusdam amici exequiis præsens, rogatus a parcho qui missam celebraverat ut absolutionem et sepulturam perficeret, noluit, dicens illa facienda esse ab eo qui missam celebravit. Quæritur quid de Caii opinione sentiendum?

#### MENSE JULIO.

Gelasius mercaturam felici eventu exereens, brevi maximas congerit divitias. Tempore quadragesimæ concionatorem audit asserentem gravem esse obligationem omne statui superfluum in eleemosynas elargiendi. Confessarium adit, et ei hæc manifestat: 1<sup>o</sup>. Panperibus publice vel ostiatim mendicantibus numquam stipem præbuisse, sed societati Sancti Vincentii a Paulo singulis mensibus aliquam eleemosynam elargiri et si a Parcho rogatus fuerit ut alicui familiæ necessitatem patienti auxilium præberet, libentissime obsecutum esse; 2<sup>o</sup>. cum quidam oppiduli gubernator captus fuisset a prædonibus qui eum occisuri erant nisi quatuor millia scutorum pro ejus redemptione mitterentur, se noluisse hanc summam donare, licet enixè rogatum ab uxore captivi, unde